



22.

Disertaciones Extraordinarias: a 1515

N.º 10
Sexto=

2-10

Humaniorum latinarum litterarum
 linguae regiae universi Alumnus et discipulus
 isthanc committere, quae est medi-
 catio et regit ubi est morborum multo
 commissa a meo et laborare fere labor
 et anni, variis moris oblecta et afflicta
 in quibus variis modis fuit ante o-
 culis faneita memoriam cupuldam
 quod, qui omnia individua multo
 tanto aggredione faciem imponit vi-
 sionem cum suis laboribus prop-
 terque existantiam eorum qui impor-
 tune eam ferunt. Et tunc
 est aut propter lapsum laborum

Societas praeclara

Humanorum Cadaverum directio, ut
hujus Regalis Signarii Alumni obtineant
notiones Anatomicas, quas Ars medi-
catris exigit, absolute necessaria, mihi
commissa à mensis Februarii fine laben-
tis anni, varias mihi obtulit occasiones,
in quibus versata mihi fuit ante ocu-
los funesta memoria cujusdam
morbi, qui omnia Individua indis-
tincte aggrediens, finem imponit vi-
cissim cum suis teterrimis progre-
ssibus existentibus eorum qui infor-
tune eam fecerunt. Iste calculus
est, aut proprius lapidea Concretio.

2
Omnes Corporis humani partes que-
unt fomitem dare istis concretio-
nibus, earamdem formationi auxi-
liari, et ipsas retinere, donec natu-
re vires, artive auxilia possint des-
truere aut eas dissolvere (id quod est
rarissimum) vel suum egressum
ad exterius adjuvare. Efformatur
Calculus in urinaria vexica, et
cum viscus hoc sit receptaculum
frequentius huius pessimi inimici,
fere sunt eventus vari dum in
aliqua aliarum cavitatum Cor-
poris humani, aut in partibus
Solidis id constituentibus, observa-
tur. In partibus Solidis dico, quia
sic probant eventus a periodo diar-
no Sapientium anni millesimi

3
sexagentessimi Septuagesimi noni
relati, in quibus narratur Calcu-
los in Cordis Substantia, in lingua
base atque in mesenterio reper-
tos fuisse, et præterea inventus
calculi magnitudine fava in ori-
gine et Substantia optici nervi.
Item Olaus Borrichius refert Sep-
talam Mediolanæ Medicam ei
demonstravisse unam, qui coram
eo a femore Fratris Excalceati a
fulmine occisi extractus fuerat.
Quoad Cavitates Pater Medicinæ
Hippocrater asserit se videre ex-
pelli per Matricis Orificium, per
anum, &c. Dictionarii titulo
rationati Auctores invenerunt Vi-

4
lori concretionem eum ocludentem,
in Cadavere inspecto coram Mr.
Brador Chirurgie Cathedraio, Pari-
siense vrbe. Alios referre poteram
Casus ad predictum probandum si
dubium considerarem. Sed cum ita
non sit, et nolens vestra abuti pa-
tientia, jam demonstrare debeo lapi-
deas concretiones quas directio pa-
tefecit, ex quibus prime, in papio
numero J. involute, efformate, fuere
in vexicula fellea femine adulte,
temperiei sanguines, maritee, ejus
postremum vite regimen pauperis
mendicantis, licet sedentarie, ac mor-
tis victimę in Nosocomio proprio

5
Mulierum hujus Civitatis, ob leu-
cophlecmaſiam fere universalem.
Hepatis volumem et felleis vexice
magnum erat; primi color ali-
quid obscurior naturali, et paren-
chimatoſa textura infarta; bi-
llis secundę satis obscura, inspi-
ssa, et odorem resinoso-alkali-
num exalabat. In sua lata
cavitate fluctuabant calculi
numero Centum Tringenta et tria;
maiores ex magnitudine areline
unius maxime; minores vero a-
nissi granorum grandore. Horum
color flavus, viridens, obscurus, ve-
nis distinctus; figura globulo tu-
berculosa; Structura graniformis;

per quas proprietates ad primam speciem generis Calculi biliaris attinent, juxta Sisthema celeberrimi Fournier, in cujus Operibus facile est naturam elementorum eos constituentium videre, atque reactiva, quae eos dissolvere disgregando valeant.

Secundum genus (n.º 2) fuit Calculus Arthriticus sive inter-articularis in cavitate quae anterior est in extremitate inferiorem humeri ad recipiendum Coronoidem cubiti apophysicem ubi antebrachii flexio fit, locatur. Figura satis irregularis etiam oblonga, praedita duabus faciebus, ex quibus poster-

rior partem magis Concavam cavitatis tangens, est aliquid convexa et satis levis, si exipiamus tuberculum in sua parte media; anterior multas habet asperitates tuberculosas variis grandoris; color albus, micans; Structura ossea. Cadaver ad quod attinebat erat viri adulti, Temperamentum colerici-atrabiliarii, Celibis, Militis, qui morti occubuit in hoc Regio Norocomio propter febrem putridam.

Tertium genus (n.º 3) est Calculus Pulmonaris, aut Bronchicus-Pulmonaris in kiste involutus efformatus a membrana tenui

que tegit internam Superficiem
 primarum ramificationum Bron-
 quiorum, e quibus dexter adeo
 funestum hospitem continebat.
 Ejus figura ovoidea etiam si irre-
 gulari modo; color albus; consis-
 tentia et structura graniformis,
 ac calcarea, licet satis durus,
 etenim unites; ejus molecule
 cum magna quantitate aeris
 acidi carbonici, qui in pulmonibus
 elaboratur, fiebat Carbonate
 calcareum destruendi capax
 scalpelli apicem ut re ipsa fe-
 cit, cum scinderetur hinc, ad ejus
 naturam patefaciendam. Ca-
 terum ad quod pertinebat, erat

militis bene constituti; ejus
 statura ad duas eminebat ulnas
 additis aliquibus pollicibus; ejus
 temperies sanguinea, qui mortuus
 fuit ob ulcus putridum in ex-
 ternis generationis partibus. Si-
 cet non potui necessarias habere
 notiones, visum fuit mihi per
 suam conformationem statu-
 ramque attinere debere ad a-
 liquem Militum Inferiorum
 Comitatum; que notitia in re
 est valde momenti.

Causarum generalium lapidea-
 rum concretionum, atque concu-
 sarum predisponentium unius-

Cujusque generis specialiter,
 suorum signorum, Symptoma-
 tum, et Methodi Curativæ ex-
 positionem omitto, cum non
 sit in statu actuali cogniti-
 onum medicarum congruens,
 et cum non aliud ~~est~~ objectum
 quod mihi propono, eas demonstrando,
 nisi ostendere meam gratitudinem
 erga Societatem quæ me tantum
 honorat, et ei recordari unum
 ex majoribus malis humani-
 tatem affligentibus, ut vacent
 aliquo tempore earum conside-
 rationi inter indagandum utrum
 sint aliqua medicamenta es-

perifica disolventia unicuique
 que generi; quæ inventa atque
 experimentis comprobata erunt
 magnæ letitiæ causa illis qui
 aspirant ad utilitatem comodi-
 tatemque suorum concivium.

Hec exponit humilissimus
 inter omnes vestros aggrega-
 tos Franciscus à Paula Fernandez

Quinto Idus Maji anni 1816.